rogandum.vt quod deus ꝓmiſit p ſuam clementiam impleat per eoꝝ preces.ne negligētia ⁊ ſupbia pariat offenſaȝ. Deniq; etiam in geneſi legimus. c.⁊.xx. annos penitentie ꝯſtitutus ante diluuium. quia tanto tempore.hoc eſt.c.ānis voluerunt agere penitentiā nequaquam expectat. ut ⁊. xx. alij anni compleantur. ſed infert ante quod poſtea fuerat cōminatus. Unde ⁊ hieremie dicitur.obduritiā cordis populi iudeoꝝ. Ne ores ꝓ populo hoc.quia non exaudiā te. ⁊ ad ſamuelem vſq; quo luges ſuper Saul. qꝛ ego abieci eum. In cinere ergo ⁊ ſacco poſtulat Daniel adimpleri quod promiſerat deus. non ꝙ eſſet incredulus futuroꝝ ſȝ

Securitas nimia — ne ſecuritas negligentiam ⁊ negligētia pariat offenſam.

Ambro. Eleoſina — ☞ Medicina miſcďie tollit petā magna.habem⁹ plura ſubſidia.quibus peccata noſtra redimim⁹.pecuniā habes redime peccatū tuum.non venalis eſt dñs ſed tuipſe venalis es. peccatis tuis venundatus es.redime te operibus tuis.redime te pecunia tua:vilis eſt pecunia ſed precioſa eſt miſericordia. Elemoſina inquit a peccato liberat.crimina ergo elemoſinis redimuntur. (Miſericordia hominis.)

Ambro. — ☞ Ambroſius in libro de penitentia.

Pnia ꝯtritio. — ☞ Deus diffinitionem non facit.q miſericordiā ſuam omnibus ꝓmiſit.⁊ relaxandi licentiā ſacerdotib⁹ ſuis ſine vlla exceptiōe ꝯceſſit.ſed qui culpā exaggerauerit.exaggeret penitentiā. Maiora eñi crimina maioribus obluunt fletibus.

Idem.

☞ Fleat pro te mater eccleſia.culpam tuaȝ in lachrimis lauet. videat te chriſt⁹ merentem.⁊ dicat tibi. Beati triſtes.qꝛ gaudebitis. Amat vt ꝓ vno multi rogēt deniq; in euāgelio. motus vidue lachrimis.qꝛ plurimi ꝓ ea flebāt.filiū eī⁹ ſuſcitauit.

Idem

Adam — ☞ Adam poſt culpam deus ſtatim de paradiſo eiecit:non diſtulit. ſed ſtatim ſeparauit a delitijs vt ageret penitentiā ſtatim tunica veſtiuit eum pellicea.non ſerica.

Gre. Pnia Petrū. Adā et Eua — ☞ Sicut primi homines poſtea iuſte viuēdo merito creduntur p dñi ſanguinem ab extremo iudicio liberati tñ non in illa vita meruerunt ad paradiſum reuocari. ſic ⁊ caro peccati.etiā ſi remiſſis peccatis homo in ea iuſte vixerit.non ꝯtinuo meretur eam mortem non perpeti.

Gre. ꝯtritio. — ☞ In actione penitentie vbi tale commiſſum eſt.vt is qui commiſit etiā a chriſti corpore ſeparetur.non tam conſiderāda eſt menſura temporis ꝙ doloris. cor enim contritum ⁊ humiliatum:deus nō deſpiciet.

Hiero. Ieiuniū a vicijs — Mortificatio victimoꝝ magiſꝙ abſtinentia ciboꝝ.penitenti neceſſaria eſt. Capitulo menſuram.

☞ Quia apud deū non tam valet mēſura tpis ꝙ doloris.nec abſtinentia tm̄ ciboꝝ ꝙ mortificatio vicioꝝ.

Johānes Chriſo. Contritio ſola non ſufficit ad ſalutē — ☞ His auctoritatibus aſſeritur.nemīnē ſine penitentia ⁊ ꝯfeſſione proprie vocis a peccatis poſſe mundari.vnde pmiſſe auctoritates quibus videbatur probari ſola ꝯtritiōe cordis veniam preſtari aliter interpretāde ſunt ꝙ ab eis exponantur.

Petri negatio — Negationem nanq; petri ſecuta eſt ſatisfactio lachrimaꝝ.⁊ trina ꝯfeſſio dñice dilectionis.qua penitus deleuit peccatum trine negationis. Non ergo neceſſaria ſibi erat certa ſatiſfactio peccati. cui⁹ totuȝ vite tempus obediētie impendebatur ſui ꝯditoris. Imitabatur enim illud ꝓpheticū. Declina a malo ⁊ fac bonū. ⁊ illud yſaie. Derelinquat impius viam ſuā.et vir iniquus cogitationem ſuā. ⁊c.ampli⁹ hoꝝ nichil a peccatore exigitur. Non ergo illa auctoritate Leonis pape.ſatiſfactio penitentie negatur eſſe neceſſaria cuilibet delinquenti.ſed ei tm̄ qui beatū petrum imitatus huic ſeculo penitus abrenūciat ⁊ cunctoꝝ vicioꝝ fomitem in ſe funditus mortificat. Item illud Johannis chriſoſtomi. Lauant lachrime delictum qđ pudor eſt confiteri. Et illud aliud quod ſcribitur in epiſtola ad hebreos. Non tibi dico.vt te ꝓdas in publicū neq; apđ alios te accuſes.ſȝ obedire te volo ꝓphete dicenti. Reuela ante deū viam tuam.

Ergo tua ꝯfitere peccata apud deum ve
rum iudicem. cum oratōne delicta tua ꝓ
nuncia. non lingua ſed ꝯſciencie tue me
moria. ⁊ tunc demum ſpera te miſericor
diam poſſe cōſequi. Si habueris pecca
ta in mente tua ꝯtinue. malum nunꝙ ad
uerſus proximū tuum in corde tenebis.
Non ita intelligendum eſt. vt ſine ꝯfeſſi
one oris peccata dicantur dimitti. et ſine
publica ſatiſfactiōe. Secreta nanqꝫ pec
cata ſecreta ꝯfeſſione. ⁊ occulta ſatiſfacti
one purgantur. nec eſt neceſſe. vt q̄ ſemel
ſacerdoti ꝯfeſſi fuerimus. denuo ꝯfitea
mur. ſed lingua cordis. non carnis apud
iudicem. verū ea iugiter ꝯfiteri debem⁹.
Hinc etiaꝫ idem iohannes chriſoſtom⁹
ait. Nunc aūt ſi recordaris peccatoꝝ tuo
rum. ⁊ frequenter in ꝯſpectu dei pronun
ties ⁊ pro eis clementiā eius depreceris
citius illa delebit. ſi auteꝫ nunc obliuiſca
ris peccatoꝝ tuoꝝ. nunc eoꝝ recordabe-
ris nolens. cum in toto mundo publica
buntur. ⁊ in ꝯſpectu preferent omnium
tam amicoꝝ tuoꝝ. ꝙ inimicoꝝ ⁊ ſanctoꝝ
angeloꝝ. ⁊ celeſtium virtutum. Non enī
ad Dauid ſolum dicebat. Tu in ſecreto
feciſti. ego cunctis manifeſtabo. ſed etiā
ad omnes nos hoc dicitur. Similiter et
illud proſperi intelligitur. Qui crimen
ſuum vltro cognoſcunt. ⁊ aut illud pro-
prijs confeſſionibus produnt. aut neſci
entibus alijs quales occulti ſunt. et cete
ra. Alijs neſciētibus. id eſt. occulta ꝯfeſ
ſione iſtis peccatum ſuum confitentibus
non publice illud manifeſtātibuſ. Item
illud prophete. Dixi ꝯfitebor. ⁊ tu remi
ſiſti. id eſt. remiſſibileꝫ iudicaſti impieta
tem peccati mei. Ita illud Aug. intelligi
tur. Magna pietas dei. vt ad ſolā ꝓmiſ
ſionē peccata dimiſerit. id eſt. remiſſibi-
lia iudicauerit. Idem. Votū pro opere
putatᷣ: cū deeſt facultas. Unde votū con
feſſionis reputatᷣ pro opere vocis. cum
deeſt facultas confeſſionis. Item volun
tas remuneratᷣ: non opus ita intelligitur
Volūtas facit opus remunerabile. non
opus voluntatē. Item illud. In q̄cunqꝫ
hora peccator ꝯuerſus fuerit. ⁊c. Cōuer

ti dicitur: qui omnino vertitur. cui⁹ opus
vox ⁊ cogitatio. ita mortificatōi deſudet
peccati: ſicut prius ſeruierat iniquitati.
Ita ⁊ illud intelligitᷣ. Conuertimini. ⁊c.
Item. Scindite corda veſtra ⁊ nō veſti
menta. eis dicitᷣ qui nulla interiori ſatiſ
factōe precedēte. ſed ſola exteriori ſe poſ
ſe deum placare ꝯfidunt. Item cuncta
que de leproſis mundatis. uel de lazaro
ſuſcitato inducuntur ad contritōnem cor
dis. nō ad veniam remiſſionis reuerēda
ſunt. Obſtinatio enī animi ⁊ ꝯfeſſionis
ꝯtemptus. quedam mors eſt impietatis
⁊ lepra ſupbie. a qua quis reuiuiſcit. dū
ſibi per gratiaꝫ dolor delicti ⁊ votum cō
feſſionis inſpiratur. Ad hunc etiam arti
culum pertinent ea que de viuentibus.
vel in luce ambulantibus. vel dilectionē
dei habētibus. vel de habitaculis ſpūs
ſancti factis dicta ſunt. vt hec omīa q̄ſqꝫ
dicatur aſſecutus ex cordis ꝯtritiōe quā
habet nō ex plenaria peccati remiſſione
quā nondum inuenit. Sicut enim in ba
ptiſmo remittitᷣ peccatū. ⁊ ita eius pena
reſeruatᷣ. ſic per ꝯtritionem cordis q̄ſqꝫ
a deo reſuſcitari dicitur. licet adhuc rea-
tu peccati teneatur. Non ergo premiſſis
auctoritatibus vel argumentis ſine con
feſſione oris ⁊ ſatiſfactiōe operis. aliq̄s
probatur a peccato mundari. Eſt enim
penitentia. vt ait Auguſtinus. Dolor
cordis quo quiſqꝫ in ſe punit qđ deliq̄t.
De hac itaqꝫ ſatiſfactōe idem ait in p̄s.
l. exponens. Quī iniquitatem meā ego
cognoſco. tu ne punias: q̄ ego punio.
Ignoſce: q̄ ego cognoſco. nō diſſimulo
⁊ infra. Sic deus miſericordiam dat. vt
ſeruet veritatem. vt non peccata ei⁹ ſint
impunita cui ignoſcit. ignoſcit enī ſeipſū
punienti. Miſericordia eſt ꝙ homo libe
ratᷣ. veritas ꝙ peccatū punitᷣ. Idem in
p̄s. lxxxiij. Veritas de terra orta eſt. id
eſt. confeſſio de homine. vt ſe accuſet. et
ſic iuſtitia de celo proſpexit. vt publica-
nus confitens: rediit iuſtificatus. Iuſti
tia proſpexit. quaſi deus dicat. Parca-
mus huic. quia non parcit ſibi. Ignoſca
mus. quia agnoſcit. De celo ergo iuſticia

Penitentia q̄d eſt Aug.

ꝓſpexit.id eſt.a deo data eſt iuſtificatio penitenti. Taciturnitas peccati ex ſuperbia naſcitur cordis.ideo enim peccatum ſuum quiſq; ſcelare deſiderat.ne iniquitas ſua alijs manifeſta fiat. ne talis reputet apud homines foris.qualē ſe iam dudum exhibuit diuino ꝓſpectui. qđ ex fonte ſupbie naſci nulli dubiū eſt. Species eteni ſupbie eſt: ſe velle videri iuſtū qui peccator eſt. atq; ypocrita ꝯuincitur qui ad imitationem primoꝝ parentū tergiuerſatione verboꝝ peccata ſua leuigare ꝯtendit. vel ſicut chaim peccatū ſuum reticēdo penit⁹ ſupprimere querit. Ubi autē ſupbia regnat vel ypocriſis: humilitas locū habere nō pōt. ſine humilitate vero alicui veniam ſperare nō licet. nec ergo vbi eſt taciturnitas ꝯfeſſiōis venia eſt ſperanda criminis. Caplo. quis.

confeſſio

Aug. ☞ Quem penitet oīno peniteat ⁊ dolorē lachrimiſ oſtendat. repreſentet vitā ſuā p ſacerdotes deo. perueniat iudiciū dei per ꝯfeſſionem. precepit enim dominus mundandis. ut oſtenderēt ora ſacerdotib⁹. docens corporali pſentia ꝯfitenda eſſe peccata. non p nuntium. non per ſcriptum manifeſtanda. Dixit enim. ora mōſtrate. omnes non vnus ꝓ omnib⁹ non alium ſtatuatis nūtium. qui pro vobis offerat munus a moyſe ſtatutū. ſed qui p vos peccaſtis p vos erubeſcatis Erubeſcētia enī ipſa partē habet remiſſionis. ex miſericordia enim hoc precepit dominus. Ut neminem peniteret in occulto. In hoc enim qui per ſeipſum dicit ſacerdoti ⁊ erubeſcētiam vincit. timore offenſi venia fit criminis. fit enim veniale per confeſſionem quod crimiale erat opatione. et ſi non ſtatim purgatur fit tamen viale quod cōmiſerat mortale. Multū enim ſatiſfactiōis obtulit. q erubeſcētie dominans. nichil eorum que commiſerit nūtio dei denegauit. De⁹ enim qui miſericors eſt. ſicut conſeruat miſericordiā in iuſticia. ita ⁊ iuſtitiā in miſericordia. op⁹ enim eſt miſericordie. peccāti peccata dimittere. Sed oportet ut iuſtus miſereat

Pudor. — Mia dei — Juſticia dei

iuſte. Qui ergo omnino confitetur. ⁊ ſacerdoti melior quā poteſt confiteatur. ſi peccatum occultū eſt. ſufficiat referre in noticiā ſacerdotis. vt grata ſit oblatio mūeris. Nam in reſurrectione filie principis pauci interfuerunt qui viderent. non dum eni ſepulta erat. nondū extra portam ciuitatis delata. nondū extra domū in noticiā portata. Intus reſuſcitauit qꝫ intus inuenit. relictis ſolis petro ⁊ Johanne ⁊ iacobo. patre ⁊ matre puelle in quibus figuraliter cōtinent ſacerdotes eccleſie. quos aūt extra inuenit animaduertendū eſt quō ſuſcitauit. Flebat eni turba poſt filiū vidue. Fleuit martha et maria pro fratre ſupplicantes. flebat et turba que mariā erat ꝯſecuta lachrimis marie admonita. In qua docemur publice peccantibus non propriū ſed eccleſie ſufficere meritum.

filia archiſinagogi. — Lazarus

Leo pp. Cōfeſſio

Sufficit illa confeſſio. que primum deo. deinde ſacerdoti offertur. Capitulo. quis.

Di. 2.

Quia vero de penitētia ſemel cepit haberi ſermo aliquantulū altius repetendū videt diuerſoꝝ ſententias certis auctoritatibus munitas in mediū proponentes. Alij dicūt penitentiam ſemel tm̄ eſſe vtilem. vnica eſt eni: nec iterari poteſt. ſi vero reiterat precedens penitentia non fuit. Et ſi de ſententia iudicis eius merito peccata videntur remiſſa eſſe. apud tamen eius pſentia. cui omnia futura preſentia ſunt nunq; habetur remiſſa. quia non eſt ſeruata illa ſententia veri ſacerdotis. Uade ⁊ amplius noli peccare. Item ecce ſanus factus es. iam amplius noli peccare: ne deterius aliquid tibi contingat Item ex octaua ſinodo.

Recidiuatio.

Primam vicij cauſam non penitus extinguit q in illaꝫ poſtea recidit. Capitulo. ſi quis.

☞ Unde Auguſtinus ad Julianum comitem.

Charitas quid ſit. — Aug.

☞ Charitas que deſeri pōt nūq; vera fuit. Idem ſup epla Johannis.

☞ Radicata eſt charitas.ſecurus eſto
nichil mali procedere poteſt. Item gre
gorius in moralibus.

Grego. ☞ Ualida eſt vt mors dilectio virtuti
etenī mortis dilectio ꝯparatur. qꝛ nimirū
mentē quā ſemel ceperit.a delectatione
mūdi funditus occidit. Item proſper in
libro de ꝯtemplatiua vita.

Proſper ☞ Charitas eſt vt michi videtꝛ recta vo
luntas ⁊ ab omnibus terrenis ac pſētibꝰ
ꝓrſus aduerſa.iūcta vō deo inſeꝑabilr̄
⁊ vnita.igni quodā ſpūſſancti a quo eſt
⁊ ad quem refertꝛ incenſa inquinamentis
omnis extranea corruptionis neſcia.nul
li vicio mutabilitatis obnoxia.ſuꝑ omīa
que carnaliter diliguntꝛ excelſa.affectio-
num omniū potentiſſima.diuīe ꝯtēplati
onis auida.in oībus ſemꝑ inuicta.ſum-
ma actionū bonoꝝ ſalus moꝝ.finis cele
ſtiū ꝓceptoꝝ.mors criminū.vita v̓tutū
virtus pugnantiū.palma victoꝝ.anima
ſctāꝝ mentiū.cauſa meritoꝝ bonoꝝ.pre-
mium perfectoꝝ:ſine qua nullꝰ deo pla-
cuit.cum qua aliquis peccare nō potuit
nec poterit.fructuoſa in penitentibus.le
ta in proficientibus glorioſa in ꝑſeuerā
tibus.victorioſa in martiribus.operoſa
in omnibus omnino fidelibus ex q̄ quic
quid eſt boni operis viuet. Item hec eſt
charitas vera germana ꝑfecta.quā excel
lentiorē viā nominat apoſtolus ſanctꝰ
Sicut enim ſine via nullus ꝑuenit quo
tendit.ita ſine charitate q̄ dicta eſt via.
non ambulare pn̄t homines:ſed errare.
Item ergo ſi charitatē deo exhibeamus
⁊ ꝓximo de corde puro.⁊ ꝯſcientia bona
et fide non ficta.facile peccato reſiſtimꝰ.
bonis omnibus abundamus.ſeculi blā
dimenta ꝯtemnimus.⁊ omnia que diffi
cilia ſunt humane fragilitati vl' aſꝑa etiā
cum dilectione ꝑficimꝰ ſi tn̄ deū charita
te ꝑfecta:q̄ nobis ab illo ē ex toto corde.
⁊ ex tota anima ⁊ ex totis viribus diliga
mus. Ex ea enī parte q̄s peccat.ex q̄ mi
nus diligit deū.qn̄ ſi ex toto corde dili-
Dilectio dei. gamꝰ.nichil erit in nobis. vn̄ peccati de
ſiderijs ſeruiamꝰ. Et q̄d eſt deū diligere
niſi illi copulari.anīo ꝯcipe fruēde viſio
nis eiꝰ affectū.peccati odiū.mūdi faſtidi
um.diligere etiā ꝓximū quē in ſe cenſuit
diligendū in ipſo amore reſeruare legiti
mū modū.nec ꝑuertere dilectōis ordinē
ꝯſtitutum. Illi peruertunt. nec modum
diligendi cuſtodiūt.qui aut mundū qui
ꝯtemnendus eſt diligunt.aut corꝑa ſua
minus diligenda plus diligunt.aut pro
ximos non ſicut ſeipſos.aut deū pluſq̄
ſeipſos forte non diligunt. Item. Corpꝰ
noſtrū qꝛ pars noſtri eſt.ad hoc nobis
diligendū eſt.vt ſaluti eius ac fragilitati
naturaliter ꝯſulamus ⁊ agamus quate-
nus ſpiritui ordinate ſubiectū ad eternā
ſalutē accepta immortalitate ⁊ incorru-
ptione ꝑueniat. Item ꝓximos aūt tunc
diligimꝰ ſicut nos.ſi nō propter aliquas
vtilitates noſtras.non propter ſperan-
da beneficia vel accepta.non ꝓpter affi
nitates vl' ꝯſanguinitates. ſꝫ ꝓpter hoc
tantum ꝙ nature noſtre ſunt participes
diligamus. Item non illi tantum proxi
mi noſtri credēdi ſunt quoſ nobis gradꝰ
ſanguinis iungit.ſed proximi noſtri cre
dendi ſunt omnes homines nature no-
ſtre ſicut dixi participes. Itē. Proinde
ſcd̄m nos proximos noſtros diligimus
quando ad mores bonos ⁊ eternam vi-
tam ꝯſequendā.ſicut nobiſ eoꝝ ſaluti cō
ſulimꝰ qn̄ nos ī eoꝝ peccatis ac ꝑicul' co
gitamus.⁊ ſicut nobis ſubuenire optare
mus.ita eis ſubueniamuſ. aut ſi facultaſ
defuerit.voluntatem ſubueniendi tene
mus. Quapropter tota dilectio proximi
eſt.vt bonum quod tibi vis velis ⁊ pro
ximo. Illi vero poſtq̄ ſe diligunt deū
qui pro eius amore ſue ad tempus ſalu
ti non parcunt. ſeipſos tribulationibus
⁊ periculis tradunt.nudari facultatibus
proprijs.patrie ſue extorres fieri. paren
tibus ⁊ vxoribuſ ac filijs renunciare para
ti ſunt.⁊ vt totū dicam ⁊ ipſam mortē cor
ꝑis nō ſolū nō refugiūt.ſed etiā libenter
excipiunt ambigētes a corꝑis ſui magis

Dilectio proximi.

Proximꝰ

LIVRARIA DA UNIVERSIDADE

q̃ a deo vita vite ſue diſcedere.
Beda ſu p iohānez ☞Querendum eſt interea quō ſpecia
lis filij dei agnoſcendi ſignū fuerit quod
ſpūſſanct⁹ ſuper eum deſcenderit ꝛ manſerit ſpirit⁹
ſanctus. quid magni eſt filio dei. q̄ in ip
ſo manere ſpirituſſanctus aſtruatur. No
tandū ē q̄ ſemp in dn̄o māſerit ſpūſſcūs
Sancti In ſanctis aūt hoībus q̄diu mortale cor
pus geſtauerūt: partim maneat i eternū
ptim redditurus ſecedat. Manet q̄ppe
apud eos vt bonis inſiſtant actibus. vo
luntariā diligāt paupˀtatē. māſuetudinē
ꝯſequanť. pro eterno deſiderio lugeant.
eſuriāt ꝛ ſitiāt iuſtitiā. miſcďiamq̄ꝫ. mun
diciam cordis ꝛ tranqͣllitatē pacis āple
ctanť. ſed etiā pro obſeruatōe iuſtitie ꝑ
ſecutionē pati non vereanť. elemoſinis.
orōnib⁹. ieiunijs. ceteriſq̄ꝫ fructib⁹ ſpūs
inſiſtere deſiderēt. recedit aūt ad tp̄s. ne
ſemp infirmos curandi. mortuos reſuſci
tandi. demones ejiciēdi. vel etiā ꝓphe
tādi hēant facultatē. manēt ſp vt poſſint
hr̄e v̄tutes. vt mirabiľr ipſi viuāt. venit
ad tp̄s vt etiā alijs p miraculoꝝ ſigna q̄
les ſint intus effulgeāt.
Aug. ☞Unctio inuiſibilis ſpūſſanct⁹ eſt. que
in quocūq̄ꝫ fuerit tanq̄ radix illi erit que
q̄uis ardente ſole areſcere nō pōt. nutri
tur calore ſolis. non areſcit. Item grego
rius ſuper ezechielem.
Euāgeliſte. ☞Pennata animalia minime reuertū
tur cum incedūt. qꝛ p̄dicatores ſancti ſic
Predicator a terrenis actib⁹ ad ſpūalia tranſeunt vt
ad ea que reliquerāt: vlterius nullatenuſ
ꝯtēplatio reflectanť. ꝛ paulo poſt. Nemo mittens
Perſeuerantia manū ſuam in aratrū. ꝛc. Manū quippe
in aratrū mittere q̄ſi p quendā ꝯpunctio
nis vomerē ad ꝓferendos fructus terrā
ſui corpis aperire. ſed retro poſt aratrū
aſpicit. q̄ poſt exordia boni opis ad ma
la reuertiť que dereliquit. qđ qꝛ electis
dei minime ꝯtigit. Recte nūc p ꝓphetaꝫ
diciť. Non reuertebanť cum incederent.
ꝛ paulo poſt. Unde paulus. Unum vero
que retro ſunt obliuiſcens ad anteriora
me extendens. ſequor ad palmaꝫ ſupne
vocationis. In anteriora eteni extentus
eoꝝ que retro ſunt oblitus fuerat. qꝛ tem
poralia deſpiciēs. que ſola ſunt eterna re
quirebat.
☞Gregorius ſuper ezechielem ſcribit
dicens.
☞Dum ſanctā eccleſiam dn̄s ſuſcipit
in gradibus eius dignoſcatur. quia eius
glīa p illius incrementa declarať. Quā Gradus virtutum
tum enim ſancta eccleſia aſcendendo ꝓ
ficit tantū deus hominibus et eius v̄tu
te innoteſcit. De hiſ quoq̄ꝫ gradib⁹ v̄tūſ Merita.
Job loquiť dicens. Per ſingulos gra
dus meos ꝓnunciabo illū omnipotentē
quippe dn̄m p ſingulos gradus ſuos ꝓ
nuntiat. qui per incrementa virtutū que
accipit ei ſemper laudeꝫ ſue pietatis red
dit. ſi quidem gradus in cordis aſcenſio
ne non eſſent: pſalmiſta nō diceret. Am
bulabūt de v̄tute in virtutē. Nec mirum
ſi de virtute in virtutem gradus ſunt. q̄n Uirtus.
ipſa vnaqueq̄ꝫ virtus quaſi quibuſdam
gradibus augetur. et ſic per incrementa
meritoꝝ ad ſumma perduciť. Alia nāq̄ꝫ
ſunt exordia virtutis. aliud virtutis pro
fectus. aliud perfectio. Si enim et ipſa fi
des ad pfectionem ſuam non quibuſdaꝫ
gradibus duceretur. ſancti apoſtoli mini
me dixiſſent. auge nobis fidem. Et qui
dam venit ad dn̄m: qui curari filium ſuuꝫ.
voluit. ſed requiſitus an crederet. Reſpō
dit. Credo domine. Adiuua incredulita
tem meam. Penſate rogo quod diciť. ſi
credebat. cur incredulitatem dicebat. ſi
vero incredulitatem ſe habere nouerat.
quomodo credebat. ſed quia per occultā
inſpirationem gratie meritoꝝ ſuoꝝ gra
dibus fides creuit. vno eodemq̄ꝫ tp̄e is
qui nondum perfecte crediderat ſimul ꝛ
credebat. et incredulus erat. Hos nimi
rum gradus dn̄s ſub meſſis nomine de
ſcribit dicens. Sic eſt regnum dei: quē
admodum ſi iactet homo ſemen in terrā
ꝛ dormiat. ꝛ exurgat nocte ꝛ die. ꝛ ſemen
germinet et creſcat. dum neſcit ille vltro
enim terra fructificat primum herbam.
deinde ſpicam. deinde plenum frumen
tum in ſpica. ꝛ cū ex ſe ꝓduxerit fructus

ſtatim mittit ad falcez.qm̄ adeſt tempus meſſis. Semen homo iactat in terrā.cū cordi ſuo bonam intentionem inſerit.et poſtq̄ ſemen iactatuȝ eſt dormit.qꝛ iam in ſpe boni operis q̇eſcit.nocte vero ſurgit ac die.qꝛ inter aduerſa ꝛ ꝓſpera pro-

Semen

ficit.ꝛ ſemen germinat ꝛ creſcit duȝ neſcit ille.qꝛ cū adhuc metiri incremēta ſua nō valet.ſemel ꝯcepta virtus ad ꝓuectum ducit.ꝛ vltro terra fructificat.qꝛ preueniente ſe grā mens hoīs ſpontanea ad fructū boni opis ſurgit.Sed hec eadē terra primū herbam.deinde ſpicam.deinde plenum frumentū producit in ſpica.herbam quippe producere eſt inchoationiſ bone adhuc teneritudinē hr̄e ad ſpicam vero herba venit cū ſe virtus aīo concepta ad profectum boni operis protrahit Plenum vero frumentū in ſpica fructificat.quando iam tantū virtus proficit vt eſſe robuſti ꝛ perfecti operis poſſit.ſed cum ex ſe produxerit fructus.ſtatī mittit falcem:quoniā adeſt tēpuſ meſſis. Omnipotens enī deus producto fructu falcez mittit ꝛ meſſem ſuam deſecat.quia cum vnumquēqꝫ ad perfecta opa produxerit eius temporalē vitam.ꝑmiſſam ſententiam incidit.vt granum ſuum ad celeſtia horrea ꝑducat. Cū igiẗ deſideria bona ꝯcipimus.ſemen in terra mittimꝰ. Cum vero operari recta incipimꝰ herba ſumꝰ. Cum aūt ad ꝑfectū boni opis creſcimꝰ ad ſpicā ꝑuenimꝰ. Cumqꝫ in eiuſdē operationis ꝑfectiōe ſolidamur.iam plenū fructū in ſpica ꝑferimus.

Aug.ſup iohannē Charitaſ martiriū

☞ Si quis tantā habuerit charitatem vt paratus etiā ſit pro fratribus mori ꝑfecta eſt in illo charitas.ſed nūquid mox vt naſcitur.iam prorſus perfecta eſt.vt ꝑficiaẗ.naſciẗ cum fuerit nata nutriẗ.cū fuerit nutrita roboraẗ.cuȝ fuerit roborata ꝑficitur.cū ad ꝑfectū venerit.quid dicis? michi viuere xp̄s eſt.ꝛ mori lucrum. In eadem.

☞ Forte nata eſt in te charitas.ſȝ nondum perfecta.noli deſperare.nutri eam ne forte ſuffocetur. In eadem.

☞ Sicut ſeta introducit filū.ita timor introducit charitatez.creſcit charitas minuitur timor:ꝛ econuerſo. Idem ad hieronimum.

☞ Charitas in quibuſdam perfecta.in quibuſdam imꝑfecta.ꝑfectiſſima aūt in hac vita hrī non poteſt. Item Gregorius.

☞ Si ſermo meus inuenerit aliquā in cordibus veſtris ſcintillaȝ gratuiti amoris dei ipſam nutrire.ad hanc augendā vos aduocare ſtudete. Et paulo poſt. Flate nutrite in vobis. vt cum creuerit ꝛ flammā digniſſimā fecerit.omniū cupiditatū ligna ꝯſumat. Econtrario etiam gradus in virtute eſſe ꝓbāẗ.qꝛ ꝛ ipſius peccati gradus euidenter apparēt.ſicut enim nemo repente fit turpis. Hinc etiā Auguſtinus ait in ſermone habito in monte.

☞ Sicut tribus gradibus ad peccatū peruenitur.ſuggeſtione.delectatōe.conſenſione.ita ipſius peccati tres ſunt differentie.ꝛ in corde ꝛ in facto ꝛ in conſuetudine.tanq̄ tres mortes.vna quaſi in domo.id eſt.cum in corde ꝯſentitur libidini.altera vero quaſi iam prolata extra portam.cum in factū procedit aſſenſio.tertia cum in ꝯſuetudinē male tanq̄ mole terrena premiẗ animꝰ quaſi in ſepulcro iam putrens. Que tria genera mortuoꝝ dn̄m reſuſcitaſſe.quiſqꝫ legit euangelium agnoſcit.

Tres ſuſcitati a chriſto.

Gre. Tēptatio

☞ Inter hec ſciendum eſt aliud eſſe qđ animꝰ de temptationibus carnis patitur.aliud vero cum per ſenſum delectationis obligaẗ.plerūqꝫ enim cogitatione praua pulſatur ſed renititur.plerūqꝫ aūt peruerſum quod concipitur intra ſe metipſum etiam iam per deſideriū voluit.ꝛ nimirum mentem nequaq̄ cogitatio immunda inquinat cum pulſat.ſȝ cū hanc ſibi ꝑ delectationē ſubiugat. Hinc etenim predicator egregiuſ. Temptatō vos nō apprehēdat niſi humana. Humana quippe tēptatio eſt.quaȝ plerūqꝫ in turpi cogitatōe tangimur etiā nolentes.

Motus primi

qꝛ vt nonnunq̄ illicita ad animum veni
unt. hoc vtiq; ⁊ in nobiſmetipſis ex hu/
manitatiſ corruptibilis pōdere habem⁹
Jam vero demoniaca eſt ⁊ nō humana
tēptatio. cum ad hoc qđ corruptibilitas
carnis ſuggerit. per conſenſum ſe anim⁹
aſtringit. Jtem hieronim⁹ ſuper tribus
ſceleribus damaſci. ⁊ cetera vt ſup̄. Nō
eſt mirum ſi in virtute gradus eſſe dicū/
tur quando quidem ⁊ peccati gradus ita
euidenter monſtrātur. Capitulo ſciēdū
☞ Princeps viciorum omnium dū vi
dit adam ex limo terre ad imaginem dei
factum. pudicitia ornatum. temperantia
compoſitū. charitate ſplendidū. primos
parētes illis donis ac tantis bonis expo
liauit. pariter ac perimit. Nanq; cū ho
mini abſtuliſſet puducitiā ⁊ ꝯtinentiam
ſuo dn̄io eū ſubiugauit. Et paulo poſt
Adam amiſſa ꝯtpantia factus eſt intēpe
rans. ꝑdita charitate malus inuētus eſt
Jtem Ambro. ad ſabinum.
☞ Quando adam ſolus erat. non eſt
p̄uaricat⁹. quia mēs ei⁹ adherebat deo.
Jdem ad eundem.
☞ Prim⁹ homo recenſ. dei opus erat
ꝯfabulator aſſiduus. qui ſanctoꝝ ange/
loꝝ ꝯplantatus erat virtutibus. Jdem
in exameron.
☞ Jlla anima a deo ꝯpingit̄. que ha
bet in ſe virtutū gratiā renitentē: ſplēdo
remq; pietatis. illa aīa bene picta eſt. in
qua elucet diuine opatōnis effigies. illa
anīa bn̄ picta eſt in qua eſt ſplendor glo
rie ⁊ paterne imago ſubſtātie. ſcđm hāc
imaginē que refulget pictura p̄cioſa eſt.
ſcđm hāc imaginē ante peccatū depict⁹
fuit adam. ſed vbi lapſus eſt depoſuit.
Jdem de fuga ſeculi.
Ambro. ☞ Similem dei eſſe. eſt hr̄e iuſtitiā. ſa
Similitu pientiā. ⁊ in virtute dei eſſe ꝑfectū. Jdē
do dei. de vita beata.
☞ Sapiēs nunq̄ inaniſ eſt. ſed ſemp
hn̄s in ſe amictū prudentie. qui pōt dice
Veſtes re. iuſtitiā induebā. veſtiebam iudicium
hominis mentis nanq; hec ſunt interna velamīa
que nemo alius poteſt auferre. niſi cum

aliquem culpa ſua diſpoliat. Deniq; ſic
ſpoliatus Adam nudus inuentus eſt. Adam
Jdem in libro de yſaac ⁊ anima. nudus.
☞ Sed nec Adam primus homo nu
dus erat quem innocentia veſtiebat. Jnnocētia
Jdem in libro de paradiſo.
☞ Et cognouerunt qꝛ nudi eſſent. et
ante quidem nudi erant. ſed non ſine vir
tutū tegumento. Opponit̄ etiam illud
quod omnis clamat auctoritas. ſi ſic per
manſiſſet vt erat ante peccatū. eſſet trāſ
latus in gloriam quā habituri ſunt ſan
cti. ſed nemo adult⁹ ſine charitate intrat
charitatē ergo habebat. Jtem opponit̄
de moyſe: cui⁹ fidem apoſtolus in ep̄la Moyſi
ſua ad hebreos commendans dignis p̄ laus
conijs eius merita p̄dicauit. dū ſe nega/ Charitas
uit eſſe filiū filie pharaonis. malens af/
fligi cum fratribus quā perfrui iocundi/
tate tꝑalis palacij dum fratri ꝯpatiens:
egiptiū ſabulo obruit. dum veritus anio
ſitatē regis egiptum reliquit. dū diuino
vallatus auxilio regis furorē ꝯtempſit.
atq; in virtute ſignoꝝ populum de egi/
pto eduxit. que oīa q̄bus laudib⁹ ſunt
efferenda. ſi tūc charitas in eo non erat.
cum non habeat aliquid viriditatis inſe
ram⁹ boni operis. niſi ꝓcedat ex radice
charitatis: quō autem charitatem nō ha
bebat cui dn̄s facie ad faciem loquebat̄
ſicut homo ſolet loqui cum amico ſuo:
quomodo charitatem non habebat qui
pro populo ſupplicans dicebat. Aut di
mitte eis noxā hanc. aut me dele d̄ libro
tuo: an non proximū diligebat. qui pro
populo ſe obijciens illū ab interitu libe Juſticia
rauit: an non diligebat deū qui pro eo
in vituli cultores deſeuiēs ipſius vituli
caput in puluerem ꝯminuit. atq; vt in ſe
ceſſum proijceretur aqua mixtū iſraheli
tis bibendū dedit. nonnullos ex eis cul
toribus gladio feriri precipiēs. vt popu
lus cui⁹ erat interit⁹ maior futurus recō
ciliaret̄ deo: an nō charitatē habebat de
cuius ſpiritu dn̄s accepit ⁊ ſup. lxx. ſenio
res iſrael prepoſuit qui tamen ad aquā
ꝯtradictōnis de dei potentia ſiue de ei⁹

benignitate dubitans. cum cetera certa ſi
de promiſiſſet ꝑducturus aquã de petra
diffidenter excrepuit dicẽs: Nũquid de
petra hac potero vobis educere aquam
quod nulli leue videatur. cuȝ in pena de
Aaron laus licti ei⁹ ſibi ⁊ aaron a dño dictũ ſit. qꝛ nõ
exaudiſtiſ vocẽ meã vt gloꝛificaretis me
coꝛã filijs iſrl'. non introducetis populũ
hunc in terrã quã dedi eis: an charitatẽ
non hẽbat aaron. qñ fratri coadiutoꝛ da
tus eſt vt eſſet os eius ad populuȝ. vt ꝑ
eum ſigna fierẽt in egipto. qui tñ in cultu
ra vituli poſtea ꝯſenſum ppl'o adhibuit
an charitatẽ non hẽbat qñ ex omi multi
tudine filioꝝ yſrl' ſolus a dño electus eſt
vt pontificatu ante eũ fungeref. ſi chari
tatem nõ hẽbat. bon⁹ nõ erat. ſi aũt bon⁹
non erat. cur pre ceteris a dño in pontifi
cem electus eſt: an charitatẽ non hẽbat.
qñ pro populo cũ turibulo incẽdio ſe ob
tulit ⁊ iram dñi aduerſuȝ ſe poſtea ꝓuo
Dauid laus. cauit. Nunquid etiã dauid charitatẽ nõ
habuit. ſup quẽ ſpũs dñi a die vnctioniſ
directus eſt: An forte dicereſ direct⁹ eſſe
ſup eum vt ex tunc gratiã ꝓphetãdi hẽret
non vt ex eo grãm diuine dilectõnis acci
peret. qđ abſurdũ plane videf de eo ſen
tire. de quo dñs ait. Inueni hominẽ ſe
cundũ coꝛ meum. quđ etiam charitatem
non habebat qui querenti animã ſuam
pepercit. qui oꝛam clamidis ſue precidit
poſtea coꝛ ſuum grauiter ꝑcuſſit clamãs
Quem pſequeris rex yſrl'. canem moꝛtu
um ⁊ culicem vnuȝ. quđ charitatem non
habebat qui moꝛtem inimici ſui tam gra
uiſſime tulit. quđ charitatem non habe
bat qui aquã de ciſterna bethleem ſuoꝝ
periculo ſibi oblatã: non bibit. ſed coꝛã
dño libauit. quđ charitatẽ non habebat
qui irriſus a michol filia ſaul eo ꝙ ante
archam dñi citharã ⁊ pſalteriũ ꝑcutienſ
ſaltaſſet ait: Ludam ⁊ vilioꝛ fiam in ocu
lis meis. ſi charitateȝ non habebat. qua
ꝯſcientia ſecutus imprecabaf ſibijpſi di
cens. Si reddidi retribuentibus michi
mala. decidam merito ab inimicis meis
inanis. ſi charitatem non habebat. qua

temeritate iudicari rogabat dicens. Iu Dauid penitentia.
dica me deus ſcđm iuſtitiã meã: ⁊ ſcđm
innocentiam meam ſuper me. Idem Iu
dica me dñe qm̃ in inno. mea ingreſ. ſum
Et tñ poſt tot innũerabilia diuine ⁊ ſup
ne dilectionis indicia quam grauiter de
relinquerat. nullus ignoꝛat ꝙ Berſabee
adulterium. et Urie homicidiũ admiſit.
Cuius penitentiaȝ ſi ſine charitate dño
obtulit veram coꝛdis ꝯtritionem non ha
bebat. quđ ergo ſacrificiũ coꝛdis ꝯtriti.
⁊ ſpiritus humiliati dño promittere au
debat dicens. Si voluiſſes ſacrificiũ de
diſſem: vtiqꝫ holocauſtiſ nõ delectaberiſ
Sacrificiũ deo ſpiritus cõtribulatus ⁊c.
deniqꝫ cũ falſe penitentie nulla a deo ꝑ
mittaf remiſſio. quđ a propheta audire
meruit. Dimiſſum eſt tibi peccatũ tuum
Si veram contritionem coꝛdis non ha
buit. euidẽter itaqꝫ apparet eũ tunc cha
ritatẽ habuiſſe. ⁊ ex charitate ſacrificium
coꝛdis ꝯtriti ⁊ ſpũs ꝯtribulati dño obtu
liſſe alioqñ temeraria poſtulaſſet. Auer
te faciem tuã a peccatis meis. ⁊c. que in
eodẽ pſalmo ꝯtinenf. niſi odium mali. ⁊
dilectio boni ad humilitatẽ penitentie il
lum prouocaſſet.
☞ Principiũ enim. inquit beat⁹ Gre Greg. in
goꝛius. Uiaꝝ dei Behemoth dicif. qꝛ ni moꝛalib⁹
mirum cum cuncta creanſ ageret. hũc pri Lucifer
mum ꝯdidit. quem reliquis angelis emi behemoth
nentioꝛẽ fecit. huius primatus eminen Angeli
tiam ꝯſpicit propheta cum dicit. Cedri
non fuerunt altioꝛes illo in paradiſo dei
abietes nõ adequauerũt ſummitatẽ ei⁹
platani non fuerunt equales frondibus
eiuſ. Omne lignũ precioſum ꝑadiſi dei:
non eſt aſſimilatũ ei. ⁊ pulchritudini ei⁹.
quoniaȝ ꝓcioſum fecit eum in multis cõ
denſis frondibuſ. quid nãqꝫ accipi in ce
dris ⁊ abietibus ⁊ platanis poteſt. niſi il
la virtutum celeſtiũ procere celſitudinis
agmina in eterne leticie viriditate plan
tata que ꝯ̃puis excelſa ꝯdita ſunt. huic tñ
non prelata ſunt. nec e quata ꝙ ſpecioſus
factus eſt in multis ꝯdenſiſqꝫ frondib⁹
dicitur. qꝛ prelatum ceteris legionibus

tanta illum ſpecie pulchriorem reddidit quanta ei ſuppoſita angeloꝝ multitudo decorauit. Iſta arbor in ꝑadiſo dei tot q̄ſi ꝯdenſas frondes habuit. quot ſub ſe poſitas ſupnoꝝ ſpirituū legiones atten dit. q̄ ⁊ idcirco peccās ſine venia dāna/ tus eſt. qꝛ magn⁹ ſine ꝯparatiōe fuerat cre atus. hinc ei rurſus ꝑ eundē ꝓphetā di cit. Tu ſignaculū ſilitudinis plen⁹ ſapiā ⁊ ꝑfect⁹ decore in delicijs ꝑadiſi dei fui ſti. mlta em̄ de eius magnitudine locutu rus p̄mo v̄bo cūcta ꝯplex⁹ eſt. q̄d nāqꝫ boni non habuit q̄ ſignaculū dei ſilitudi nis fuit. De ſigillo quippe anuli talis ſi militudo imaginaliter exprimit: qualis in ſigillo eodem eſſentialit̄ habet. ⁊ licet hō ad ſilitudinē dei creat⁹ ſit. angelo tn̄ q̄ſi aliquid maius tribuēs. non eū ad ſi militudinē dei ꝯditū. ſed ipſum ſignacu lum ſilitudinis dei dicit. vt quo ſubtilior eſt natura: eo in illum plen⁹ ſimilitudo dn̄i credat expreſſa. Hinc eſt ꝙ primatu eius potentiā adhuc inſinuās idem pro pheta ſubiūgit. Omnis lapis precioſus opimentum tuum. ſardius. topacius. ia/ ſpis. chriſolitus. onix. berillus. carbuncu lus. ſmaragdus. ⁊ ſaphirus. Nouē dixit genera lapidū qꝛ nimirū ordines ange/ loꝝ ſunt nouē. nam cū ꝑ ſacra eloquia an geli ⁊ archangeli. throni ⁊ dn̄ationes et v̄tutes. principatus ⁊ ptātes. cherubin ⁊ ſeraphin apta narratiōe memorant ſu pernoꝝ ciuium quante ſint diſtinctiōnes oſtendit. quibus tn̄ Behemoth iſte oper tus fuiſſe deſcribit. quia eos quaſi veſtē ad ornamentū ſuum habuit: quoꝝ dum claritatē tranſcēderet ex eoꝝ ꝯparatione clarior fuit. de cuius deſcriptione adhuc ſubiungit. aurū opus decoris tui ⁊ fora mina tua in die qua ꝯditus es ꝑ̄parata ſunt aurū opus extitit decoris eius. qꝛ ſa pientie claritate canduit. quā bene crea/ tus accepit. foramina vero idcirco in la/ pidib⁹ fiunt vt vinculati auro inornarēt. ꝯpoſitiōe iungant ⁊ nequaq̄ a ſe diſſide ant quos interfuſum aurū repletis fora minibus ligat. hui⁹ ergo lapides in die ꝯditionis ſue foramina preparata ſunt. qꝛ videlꝫ capax charitatis ē ꝯdit⁹. q̄ſi reple ri voluiſſet angelis ſtātib⁹ tanq̄ poſitis in regis ornamēto lapidib⁹ potuiſſet in herere. Si em̄ charitas auro ſeſe penetra bilē prebuiſſet. ſanctis angelis ſociatus in ornamēto vt dixim⁹ regio lapis fixus maneret. habuit ergo lapis iſte foramīa ſꝫ ſupꝫbie vicio charitatis auro nō ſunt re pleta. nāqꝫ idcirco ligant auro ne cadāt idcirco iſte cecidit. qꝛ etiā ꝑforat⁹ manu artificis amoris vinculis ligari ꝯtempſit Nūc aūt ceteri lapides q̄ hic ſilr̄ fuerant ꝑforati penetrantes ſeinuicē charitate li gati ſunt. atqꝫ hoc in mūere iſto cadente meruerūt. vt nequaq̄ iā de ornamēto re gio cadēdo ſoluant. hui⁹ p̄ncipatus cel/ ſitudinē adhuc idē ꝓpheta intuēs adiū git. Tu cherub extent⁹ ⁊ ꝓtegēs in mōte ſctō dei. ⁊ i medio lapidū ignitoꝝ ꝑfcūs ambulaſti. Cherub q̇ppe plenitudo ſcīe interp̄tat. ⁊ idcirco iſte cherub dr̄. qꝛ trāſ cendiſſe cunctos ſciētia nō dubitat. q̄ in medio ignitoꝝ lapidū ꝑfectus ambula/ uit. qꝛ inter āgeloꝝ corda charitatis igne ſucenſa clarus glīa ꝯditōis extitit. quē bene extentū ad ꝓtegentē dicit. Omne em̄ qꝺ extentū ꝓtegim⁹ obūbramus. qꝛ ꝯparatione claritatis ſue obūbraſſe cetero rum claritatē creditur ipſe fuiſſe extētus. ⁊ ꝓtegēs repit. reliquos em̄ q̄ſi obūbrā do operuit q̄ eoꝝ magnitudinē excellētia maiore trāſcendit. qꝺ ergo illic ſpecioſus in multis frondib⁹. qꝺ illic ſignaculū ſili tudinis. qꝺ illic cherub. qꝺ illic ꝓtegēs dicit. hoc hic voce dn̄ica behemoth iſte vi arū dei principiū vocat. de quo idcirco tam mira in q̄b⁹ fuit ⁊ q̄ amiſit inſinuat. vt hoī oſtēdat. q̄d ipſe ſi ſupꝫbiat de elati onis ſue culpa paſſur⁹ ſit. ſi feriendo illi parcere noluit quē creando in glīa tante claritatis eleuauit. ꝯſideret ergo hō elat⁹ quid in terra mereat. ſi angelus ꝑlatus in celo proſternitur. Supꝫbia

Di. v. Ambro. Pnia q̄d ſit.

P

P Enitentia eſt ⁊ mala preterita plangere. ⁊ plangenda iterum non committere.

Aug. Satiſfa ctio q̄d ſit P̄nie p̱ ſeuerātia

☞ Satiſfactio penitentie eſt peccatoꝝ
cauſas excidere nec eaꝝ ſuggeſtionibus
aditum indulgere. Idē in libro de pnīa
Penitentia eſt quedā dolentis vindi/
cta puniens in ſe quod dolet ꝯmiſiſſe. et
infra. Continue eſt dolendum de pecca
to. q̄ declarat ipſa dictōnis virtuſ. Pe
nitere eñ̄ eſt penā tenere. vt ſemp̱ puni/
at in ſe vlciſcendo q̄ ꝯmiſit peccando.
Pena eñ̄ proprie dicit̄ leſio que punit.
vindicans quod quiſq̃ committit. ille pe
nam tenet qui ſemp̱ vindicat quod com
miſiſſe dolet. penitentia itaq̃ eſt vindi/
cta ſemp̱ puniēs in ſe q̄ dolet ꝯmiſiſſe.
In eodē. Si apoſtolus etiam peccata
per baptiſma dimiſſa ꝯtīnue plorat. no
bis etiam ſuper fundamentū apoſtoloꝝ
poſitis ꝙ preter plorare reſtat. quid niſi
ſemper dolere in vita. Ubi eñ̄ dolor fini
tur. deficit ⁊ penitētia. Si autē peniten
tia finitur quid relinquitur de venia. tam
diu enim gaudeat ⁊ ſperet de gratia ꝙ̄
diu ſuſtentatur a penitentia. Dicit enim
dn̄s. Uade. ⁊ amplius noli peccare. non
dixit. ne pecces. ſed ne volūtaſ peccandi
in te oriat̄ Q̄ quō ſeruabit̄. niſi dolor i
pnīa ꝯtinue cuſtodiat̄. hinc ſemp̱ doleat
⁊ de dolore gaudeat. ⁊ de doloris pnīa.
ſi ꝯtigerit. ſemp̱ doleat. ⁊ non ſit ſatis ꝙ
doleat. ſed ex fide doleat ⁊ non ſemp̱ do
luiſſe doleat. Item Grego. in eſtiuum
tempus.
☞ Penitentiam quippe agere digne
non poſſumus. niſi modū quoq̃ eiuſdē
penitentie cognoſcam⁹. Penitentiā q̄p
pe agere eſt ⁊ p̱petrata mala plangere. ⁊
plangenda non p̱petrare. nam qui ſic a
lia deplorat: vt iterum alia ꝯmittat. ad/
huc penitentiā agere aut ignorat. aut diſ
ſimulat. quid eñ̄ prodeſt ſi peccata luxu
rie q̄s defleat. ⁊ tñ̄ adhuc auaritie eſtib⁹
anhelat. Idem. Sunt qui dicunt pauci
temporis penitentiā ꝯtra peccatū debe
re ſufficere. vt iterum liceat ad peccatum
redire. recte os paſtoris primi ſententia
percutit. qui ait. Canis reuerſus ad ſuū
vomitū ⁊ ſus lota in volutabro luti. ma
gna eſt eñ̄ ꝯtra peccatū virtus peniten/
tie. ſed ſi quis in eadē penitentia pſeue
ret. penitentiā verā agere eſt ꝯmiſſa plā
gere. ⁊ iterum plangenda declinare.

Johannes os aureum.

☞ Perfecta penitentia cogit peccato
rem omnia libenter ſufferre. ⁊ infra. In
corde eius ꝯtritio. in ore eius ꝯfeſſio. in
opere tota humilitas: Hec eſt fructifera
penitentia.
☞ Ille penitentiaꝫ digne agit. qui ſic
preterita mala deplorat. vt futura iteruꝫ
nō committat. nam qui plangit peccatū
et iterum admittit peccatum. quaſi quis
lauat laterem crudum: quem quantoma
gis abluit tantomagis lutum facit.
Item auguſtinus.
☞ Penitentes. ſi tñ̄ eſtis penitentes.
⁊ non irridentes. mutate vitam. reconcili
amini deo. ⁊ vos cum cathena paſcetis.
qua inquis cathena que ligaueris in ter
ra: erunt ligata in celo. audis ligaturam
⁊ deo putas facere impoſturā. penitenti
am agis. genua figis. ⁊ rides ⁊ ſubſanas
patientiā dei ſi pnīaꝫ agis penites. ſi nō
penites. penitens nō es. ſi ergo penites
cur facis quod male feciſti. ſi feciſſe peni
teat. noli peccare. ſi adhuc facis. certe nō
es penitens. Item yſidorus de ſummo
bono.
☞ Irriſor eſt ⁊ nō penitenſ qui adhuc
agit q̄ penitet. nec videtur deū poſcere
ſubditus. ſed ſubſanare ſuperbus. canis
reuerſus ad ſuū vomitum eſt penitēs ad
peccatū. multi eñ̄ lachrimas indeſinen/
ter fundūt. ⁊ peccare non deſinūt. Quoſ
dam accipe lachrimas ad pniam cerno.
et affectum penitentie non hr̄e. q̄ incon
ſtantia mentis. non recordatōne peccati
lacrimas fundūt. nūc xp̄o reuiuiſcēte vſu
ea que fleuerūt. iterādo ꝯmittūt. yſaias
de peccatoribus dicit. Lauamini mūdi
eſtote. lauat̄ ⁊ mūdus eſt q̄ ⁊ p̄terita plā
git. ⁊ flenda iterū nō admittit. lauat̄ ⁊ nō
eſt mūdus qui plangit que geſſit. nec de
ſerit. ⁊ poſt lachrimas ea que fleuerat re
petit. Item Aug⁹. in libro ſoliloquioꝝ.

☞ Inanis eſt penitentia quā ſequens
culpa coinquinat. vulnus iteratū ſanat
tardius. frequenter peccās ꝛ lugens vix
veniam merebitur. nichil ꝓſunt lamenta
ſi replicant peccata. nichil valet veniam
a malis poſcere. ꝛ mala denuo iterare. ꝑ
ſiſte ergo in ꝯfeſſione. eſto in penitentia
fortiter ꝯfirmatus. vitam bonam quam
accepiſti tenere non deſinas. propoſitū
bone vite ꝯſerua iugiter. Item Grego
rius in paſtorali.
☞ Qui admiſſa plangunt. nec tamen
deſerunt ꝯſiderare ſolicite ſciant. q2 flen
do inaniter ſe mundāt qui viuendo ſe ne
quiter inquināt. cum idcirco ſe lachrimis
lauant. vt mundi ad ſordes redeant.
Idem.
☞ Qui amiſſa plangit. nec tamen de
ſerit. pene grauiori ſe ſubicit q2 ipſā quā
flendo impetrare potuit veniam ꝯtēnit.
Idem. lauamini mūdi eſtote. poſt laua
crū enī mundꝰ eſſe negligit q̄ſq̄s poſt la
chrimas vite innocentiā ꝯ cuſtodit. La
uantur ergo nec mundi ſunt qui ꝯmiſſa
flere non deſinunt. ſed rurſus flendo cō
mittunt. Idem.
☞ Baptizant quippe a mortuo. qui
mundant ſe fletibus a peccato. ſed poſt
baptiſma mortuū tangit qui culpas poſt
lachrimas repetit. Idem in moralibus
Incaſſuȝ quippe bonū agit. ſi ante vite
terminū deſerat. quia ꝛ fruſtra velociter
currit qui priuſq̄ ad metas venerit defi
cit. Sed verba diffinitōnis nō ad diuer
ſa tpa. ſed ad idem tempus referunt. vi-
delicet vt tempore quo deflet mala que
commiſit. non ꝯmittant qꝺ adhuc eū fle
re oporteat. quod ex ſequentibꝰ verbis
eiuſdem auctoritatis datur intelligi duȝ
dicit. Nam ſi ſic alia deplorat. vt iterum
alia ꝯmittat adhuc penitentia agere vt
aut ignorat. aut diſſimulat. Hinc augꝰ.
in enchiridion.
☞ Sane cauendū eſt. ne quiſq̄ exiſti
met nefanda illa crimina. qualia q̄ agūt
regnū dei non poſſidebunt. quotidie ꝑ-
petranda. ꝛ elemoſinis quotidie redimē
da. In melius eſt q̄ppe vita mutanda ꝛ
per elemoſinas de peccatiſ ꝑteritis eſt ꝓ
piciandus deus. nō ad hoc emēdus qꝺ ſatiſfactō
ammodo vt ea ſemꝑ liceat impune com
mittere. nemini enim dedit laxamentum Eleōſina
peccandi q̄uis miſerādo deleat iam factā
peccata. ſi nō ſatiſfactio ꝯgrua negligat
Idem.
☞ Qui vult ordinate dare elemoſinā Miſeren
a ſeipſo debet incipe: ꝛ eā ſibi primo da dū primo
re. Eſt enim elemoſina opus miſcd̄ie ve ſibi.
riſſime. de qua dictū eſt. Miſerere aīe
tue placēs deo. propter hoc renaſcimur
vt deo placeamus. Item Iohannes
Chriſoſtomus.
☞ De quotidianis breuibꝰ leuibuſq̄
peccatis. ſine quibus hec vita non duci
quotidiana oratio fideliū ſatiſfaciat. Eo
rum eſt enim dicere. Pater noſter qui es Pater nr̄
in celis. qui iam taliter patri regenerati
ſunt: ex aqua ꝛ ſpirituſancto. delet oīno
hec oratio minima quotidiana pctā. de
let illa a quibus vita fideliū ꝛ ſcelerate
geſta ſed penitendo in melius commuta
ta diſcedit. ſic quemadmodum dicit ve-
raciter. dimitte nobis debita noſtra. q̄m
non deſunt que dimittunt. ita veraciter
dicat. ſicut ꝛ nos dimittimꝰ debitoribus
noſtris. id eſt. fiat quod dicit. q2 ꝛ ipſa ele Parcere
moſina eſt veniā penitentibꝰ oīno igno
ſcere. Item Pius papa. Pius pp̄
☞ Nihil prodeſt hoī ieiunare ꝛ orare
ꝛ alia religionis opera facere niſi mens Iniq̄tas
ab iniquitate reuocetur. Ex ꝑſona huiuſ
cemodi penitēns etiā illud ſmaragdi in
telligit. Ille penitentiam digne agit ꝛc.
Et illud Auguſtini. Penitens ꝛ cetera
ꝛ illud yſidori. Irriſor eſt ꝛ non penitēs
ꝛ illud yſaie. Lauamini ꝛ mundi eſtote.
Itē ꝛ illud ſoliloquiorūȝ. Inanis eſt pe
nitētia. ꝛ cetera. ſimiliter ꝛ illud Grego.
Qui admiſſa plangunt. ꝛ baptizant a
mortuo. Illud Ambroſij. Reperiuntur. et
cetera. Non ſcd̄m generalem. ſed ſcd̄m
ſpecialem conſuetudinem eccleſie de ſo
lenni penitentia dictum intelligitur. que
apud quoſdam ſemel celebrata non ite
ratur.
☞ Ait enī hiero. ad ruſticum de pnīa

Hiero. Septies in die cadit iustus. ⁊ resurgit. si cadit quō iustus. si iustus quō cadit. sed iusti vocabulū nō amittit. qui ꝑ penitentiam semꝑ resurgit. ⁊ nō solum septies. sed etiā septuagiesſepties delinq̄nti si cōuertaꝶ ad penitentiā peccata donanꝶ. cui plus donat plus diligit. Dauid quoqꝫ per penitentiā adulterij simul ⁊ homicidij veniam impetrauit. De cuiꝰ pnīa in eodem libro hiero. ait. Capl'o q̄uis

